*BARTHIVS Aduerſ. lib. XXXXV. c. 2.* Homo militaris, litteris imbutus, non aliter, quam vt, eis contemtis, pro mercenario caſtra ſequi poſſet, tanta prudentia, tanta ſinceritate iudicii, et notatione tam perſpicaci euentuum, res geſtas impeditiſſimorum temporum mandare chartis potuit, vt vix vllus ſapientiae myſta illi in hoc genere par eſſe potuerit. *Ibidem poſt quaedam:* Sollertiſſimum merito hunc Marcellinum dixi. Vix enim credibile eſt, quam cogitate ſcribat, vt nec phraſin vllam ex minus vulgatis putem poſuiſſe, quin alio loco dedita opera illam repetendo confirmarit. *Eodem capite extremo:* De hoc ſcriptore hoc dicam; nullum neque apud latinos neque apud graecos hiſtoricum exſtare, qui paucis plura dicat, vbi res publicas et vitae munia tangit, nec vllum me vnquam prudentiorem legiſſe. Vt ſatis arbitrer, per totam vitam ſuam etiam longaeuum quempiam hominem habiturum, quod agat, qui politica tantum huius auctoris enarrare, vt ita intelligatur, quomodo ab illo mente concepta ſunt, velit. Adeoque quum cogito, quem ſe faciat, non militem, ſed ſummorum magiſtratuum capacem, et fortaſſe etiam politum, hominem legere ſcribentem mihi videor. *Idem lib. XLVII. cap. 1.* Vtilitate monitorum et veritate hiſtorica neſcio, an quisquam auctor vllibi ſit ſupra Ammianum Marcellinum. Veritas quidem tanti ſcriptoris omnibus teſtata eſt. At monitorum pleraque altius ſunt indaganda, quum indicet pleraque potius, quam demonſtret. Itaque ad eum capiendum et exponendum eruditione ſimul et prudentia non mediocri opus, dudum ſciuerunt homines cordati ſagacesque.

*HENR. VALESIVS Praef. Edit. ſuae:* Mihi quidem Marcellinus ſummis quibusque hiſtoriae ſcriptoribus comparan-

dus videtur. Nam quum duo maxime in hiſtorico ſpectanda ſunt, res et verba; elocutio quidem haudquaquam rerum geſtarum ſcriptori negligenda eſt; rerum tamen prima ac potiſſima cura eſſe debet. Et Marcellinus quidem tum argumento operis, tum delectu ac diſpoſitione, tum iudicio ac fide nemini cedit; in praeliorum vero obſidionumque narrationibus multos longo interuallo ſuperat. Verba autem ipſa ſunt ea quidem latina fere omnia; ſed conſtructio et collocatio verborum eſt, vt ita dicam, fere militaris. Nolim tamen omnino negare, in hiſtoricis Marcellini quaedam occurrere reprehendenda. Nam et interdum verboſior eſt, quam vt par ſit, et doctrinae famam nimis adfectat: quod vitium eſt plerumque eorum, qui prouecta iam aetate ad ſtudia ſe contulerunt. Hinc exceſſus illi intempeſtiui atque pueriles de terrae motuum cauſſis, de cometis, de iride. Praererea numerum et tonum hiſtoricum raro ſeruat; ſed fere cothurnatus incedit, cum hiſtorico conueniat tracta et leniter fluens oratio, quam εἰρομενην λεξιν Ariſtoteles appellat. Sed haec fortaſſe excuſari poterunt, ſi meminerimus, quod teſtatur Libanius, hiſtorias a Marcellino noſtro προς επιδειξιν, id eſt, ad oſtentationem eſſe compoſitas. Proinde mirum videri non debet, ſcenae aliquid ac plauſui ab eo datum fuiſſe. Adde, quod haec vitia reliquis operis virtutibus ac dotibus facile obſcurantur. Denique, vt paucis abſoluam; cum ad rerum ciuilium, tum ad eccleſiaſticae hiſtoriae cognitionem hic ſcriptor non modo vtilis eſt, ſed etiam neceſſarius. Etſi enim deorum cultui mancipatus fuit, quod certe negari non poteſt, ea tamen fide, ſinceritate, modeſtia de Chriſtianorum rebus loquitur, vt, niſi ex plurimis locis toto opere ſparſis conſtaret, eum cultorem numinum fuiſſe, Chriſtianus non immerito poſſet videri. Mitto, quod antiquitates et origines tum maiorum noſtrorum, puta Francorum, tum Alamannorum, et Burgundiorum aliarumque gentium, non aliunde, quam ex Marcellini hiſtoriis peti poſſunt.

*VOSSIVS de Hiſt. lat. lib. III. c. 9.* Eſt hic ſcriptor veritatis ſtudioſiſſimus, et prudens, grauis plane ac ſerius, et dignus, qui ab omnibus, ac Germanis praecipue ametur. Mirifice enim illuſtrat veteris Germaniae ſitum. Eoque maiorem, hac in parte fidem meretur, quia in hac ſtipendia

ipſe

ipſe meruit, aduerſus Germanos. Dictio horridior eſt. Sed virtutes huius ſcriptoris ſunt tantae, vt hoc in rationem venire non debeat. Et quid mirum, ſi duri militis phraſis quoque duriuſcula ſit, homoque Graecus Graecanicas ſapiat loquendi formas?

## DXI.

# Sophronius,

## J. J. C. 390. gel.

Sophronius, des Hieronymus guter Freund, von welchem aber ſonſt in der Hiſtorie nichts bekannt iſt.

II. Er hat viele Sachen, ſo verlohren gegangen, geſchrieben, unter andern aber auch des gedachten Hieronymus *Catalogum Scriptorum Eccleſiaſticorum* ins Griechiſche überſetzet, welche Ueberſetzung mit des Hieronymus Werken oftmals, mit dem Epiphanius de prophetarum vitis aber zu Baſel 1529. 4. und vom Joh. Alb. Fabricius in deſſen Bibl. eccl. zu Hamb. 1718. F. ediret iſt.

III. *CAVE Hiſt. litt. T. I. Sec. IV.* Scio equidem, hanc verſionem a multis in dubium vocari, immo a clar. viro, Iſ. Voſſio praefracte negari, quin et, ni male memini, mecum hac de re aliquando coram agens ipſe dixit, ſe exiſtimare, Eraſmum linguae graecae exercendae gratia, verſionem iſtam ſub Sophronii nomine procudiſſe. Quod et olim in notis ad Ignatii Epiſtolam ad Smyrnaeos non longe ab initio innuerat, vbi ait, ſibi conſtare, translationem iſtam Sophronii nomen mentiri, innumeris locis non eſſe graecam, vbique falſam, vbique ineptam, vbique impoſturam ſapere. Verum, pace tanti viri, hanc verſionem non contemnendae vetuſtatis eſſe exinde conſtat, quod, qui ea, quae de ſcriptoribus eccleſiaſticis habet, ex Hieronymi Catalogo deſumere ſolet Suidas, hac verſione vſus ſit, iisdem paene verbis ac

sententiis vt plurimum seruatis, vti scriptorem vtrumque conferenti liquido patebit.

## DXII.

# Gregorius, Nazianzenus,

### J. J. C. 391. gest.

Gregorius von Arianzus, einem Landgute bey Nazianzus, so ein sonst unbekannter Ort in Cappadocien war, hatte den Gregorius zum Vater, welcher erstlich ein Hypsiste, nach seiner Bekehrung aber auf 45. Jahr Bischof zu Nazianzus war; Unser Gregorius legte den Grund seiner Studien zu Cäsarea in Cappadocien, zu Cäsarea in Palästina, zu Alexandrien und Athen, an welchem letztern Orte er mit dem Basil bekannt wurde und die Stelle eines öffentlichen Lehrers eine Zeitlang vertrat. Nachdem er wieder nach Hause kam, machte ihn sein Vater zum Presbyter. Indem aber damals Julian die Christen eben heftig verfolgte, begab er sich mit seinem guten Freunde, dem Basilius, in die Einöde. Als nun Basilius nachher Erzbischof über Cappadocien wurde, machte er den Gregorius zum Bischof zu Sasima, welches aber diesem dergestalt verdroß, daß er nicht einmahl dahin kam, und fast mit dem Basilius darüber in Feindschaft gerathen wäre. Als man ihn auch zu vermögen suchte, seines Vaters Stelle zu versehen, nahm er es mit keiner andern Bedingung an, als daß er nach des Vaters Tode nicht gehalten seyn möchte, dieses Amt

zu behalten. Er ist also, nach seinem eigenen Geständnisse, niemals rechter Bischof zu Nazianzus gewesen, wohl aber zu dieser Würde zu Constantinopel vom Theodosius dem Grossen erhoben worden, ob er gleich, wegen sich ereignender Zwistigkeit, solche von sich selbst wieder aufgegeben hat, und darauf in seinem Vaterlande endlich in Ruhe und hohem Alter gestorben ist. Durch seine Streitschriften für die rechtgläubige Kirche und gegen die Arianer und andere Irrgläubige erwarb er sich den Namen eines Theologen.

II. Er hat *Apologeticum* de Fuga sua; viele Reden; auf 242. Briefe; viele Gedichte u. d. Sachen mehr geschrieben, welche zusammen griechisch zu Basel 1550. griechisch und lateinisch aber zu Paris 1609. 1611. 1630. F. T. II. und zu Leipz. 1690. F. mit Commentarien zu Ven. 1753. F. XVI. Reden gr. vom Mark. Musurus das. 1516. 8. IX. dergl. das. 1536. 8. II dergl. wieder den Julian vom R. Montagü zu Etona 1610. 4. CCXLV Briefe gr. zu Basel 1532. F. Die Gedichte gr. und lat. zu Ven. 1504. 4. inter poet. gr. zu Genf 1614. F. zu Paris 1718. 12. und vom Ant. Maria Bandini inter gr. eccl. monum. T. II. S. 113. ediret sind.

III. *CAVE Hist. litt. P. I. Sec. IV. p. 156.* Vir erat in quouis genere praestantissimus, in theologia summus. Hoc enim in eo ὡσπερ το ἰδιον, a veteribus notari nos docet Philotheus. Hinc etiam *Theologus* κατ' ἐξοχην dictus est Gregorius, *vtpote qui solus sit*, (Ruffini verbis vtor,) *de cuius fide* ne *diffidentes quidem. vt fieri solet, partes et studia dispartire potuerint; sed id obtinuerit apud hominem et ecclesias DEI meriti, vt, quicumque ausus fuerit doctrinae eius in aliquo refragari, ex hoc ipso, quod ipse sit magis haereticus, arguatur. Manifestum namque iudicium est, non esse rectae fidei hominem, qui in fide Gregorio non concordat.* Sermone vsus est Gregorius grandi, sublimi, et vbique maiestatis pleno, dicendi charactere Polemonem secutus, obseruante id Hieronymo, certe Isocratem, Polemone antiquiorem, vnde eius το Ισοκρατικον

und weil er die Kirchenmobilien verkaufet, und das Geld bey entstandenem Hunger unter die Armen vertheilet hatte, sich in dem Synodo Palästina auf Veranlassung des Acacius blos aus einer Rangsucht seines Bisthums entsetzen lassen. Doch kam er unter dem Julian wieder zu dieser Würde, und da seine Widersacher unter dem Theodos völlig gedämpfet wurden, besaß er dasselbe hernach bis an sein Ende, (welches 386. erfolgete,) ruhig und ungestört.

11 Von seinen Schriften sind noch *Epistola* ad Constantinum, *Catecheses* XVIII. ad Competentes; *Catecheses Mystagogicae* V. und andere Sachen vorhanden, so zusammen griechisch und lateinisch zu Paris 1608. und 1622. F. mit dem Synesius vom Petav; zu Oxford 1703. mit Th. Milles Noten, und vom Ant. Augustin Tuttee zu Paris 1720. F. ediret sind.

111. *CAVE Hist. litt. P. I. Sec. IV. p. 133.* Nequaquam eum Arianorum sententiae accessisse fidem faciunt scripta eius, quae supersunt hodie, in quibus Arianae haereses dogmata, velut a recta fide apostasiam et venientis antichristi praecursorem damnat etc.

## DVI.

# Philastrius,

## † † C. 387. gel.

Philastrius, ein Presbyter, aus Spanien oder Italien, durchzog fast das ganze römische Reich, die Heyden und Ketzer zu bekehren, bis er endlich Bischof zu Brescia wurde, in welcher Würde er aber von dem arianischen Erzbischofe zu Mayland, dem Aurentius,

viel

viel Verfolgung ausstehen muste, endlich aber doch unter dem Ambrosius wieder zur Ruhe kam.

11. Er hat ein Buch *de Haeresibus* geschrieben, so in der Bibliotheca PP. Tom. VII. enthalten, besonders aber zu Basel 1528. zu Helmstädt 1611. 8. vom Joh. Alb. Fabricius mit dessen Noten zu Hamburg 1721. 8. und in Aug. Mar. Quirini vet. Brix. episcopor. oper. zu Brescia 1738. F. ediret ist.

III. *BELLARMINVS de Script. Eccles. p. m. 147. et ex eo Olearius P. II. p. 88.* illud obseruandum est, multa a Philastrio inter haereses numerari, quae vere haereses non sunt. Proinde cum prudentia legendus est.

*HARLES Intr. in hist. ling. lat. c. VI. §. 53. n. 5. p. 146* Nulla paene eius *(Philastrii)* hodie est auctoritas. Ne mediocris quidem in historia apparet vel eruditionis vel veri et ordinis vel elocutionis ornatusque cura.

## DVII.

# Themistius,

### J. J. C. 387. gel.

Themistius, des Eugenius, eines Philosophen in Paphlagonien Sohn, lebte unter VI. Kaysern meist zu Constantinopel in grossem Ansehen, und ob er wohl nur ein Philosoph und Sophist war, so nahm ihn dennoch Constantius, als ein Glied, mit in den Senat, und ließ ihm auch eine eherne Statue aufrichten. Julian und Theodos machten ihn zum Präfectus der Stadt Constantinopel und dieser vertrauete ihm seinen Sohn Arcadius zum Unterricht an. In der Philosophie folgte er vornehmlich dem Aristotel, hiernächst aber auch dem

Pytha-

Pythagoras und Plato, und zwar letzterm besonders in der Wolredenheit, daher er auch Euphrades genennet wurde und überall Bewunderer fand, und ob er wol ein Heyde, war, so hielt er dennoch den Kayser Valens von Verfolgung der Christen ab, und erwarb sich damit auch bey diesen eine grosse Liebe. Vierzig Jahr wurde er in den wichtigsten Angelegenheiten und Gesandschaften mit dem glücklichsten Erfolge gebraucht, und starb endlich im hohen Alter.

II. Er hat viele Reden geschrieben, davon XIV. Heinr. Stephan 1562. 8. VI. Geo. Remus zu Amberg 1605. und zu Frankf. 1614. 4. V. mit Pet. Pantins Uebersetzung und einigen Noten zu Leyden 1614. 8. XX. Dionys. Petav mit seinen Noten und Version zu Paris 1618. 4. ediret, welche hernach aber Hardnin in seiner Edition 1684. F. zu Paris noch mit XIII. vermehret hat; Ferner eine Paraphrasin über des Aristotels Analyticos posteriores, libros de Anima, XII. libros de Prima Philosophia und andere Bücher desselben, welche Sachen zusammen griechisch zum mehrern Theil vom Aldus 1534. F. ediret sind.

III. *PHOTIVS* Cod. 74. Εϛι δε την Φρασιν σαφης, και απεριττος, και ανθηρος, και λεξεσι πολιτικαις, και εις το σεμνοντι επιχλινουσαις χρωμενος. *Dictione vtitur perspicua, quae superfluis caret, floridaque; tum locutiones adhibet, quales iis, qui in foro et iudiciis,* (non in vmbra scholarum,) *versabantur, et quae grauitatem aliquam prae se ferunt:*

*TVRNEBVS Aduers. lib.* XII. *c.* 11. Themistius elegans et nitidus scriptor, non tantum doctus philosophus.

*Lipsius A. 1685. Mens. Octobr.* Fuit Themistius tantum Philosophus, seu lucidissimus Peripatetici Orator sine pari, vnde et ευφραδης, h. e. cognomi[illegible]

## DVIII.

# Pacianus,

### J. J. C. 390. ohngefehr gest.

Pacianus, Bischof zu Barcellona, aus einem nicht unbekanten Geschlechte, ein wegen seiner Keuschheit und Beredsamkeit sehr berühmter Mann, hatte den Präfectus Prätorio Flavius Dexter, welchem der Hieronymus sein Buch de SS. eccles. zuschrieb, zum Sohne. Er erreichte ein hohes Alter und starb unter dem Theodosius, dem Grossen.

II. Es sind von ihm 3. Briefe wieder den Sempronius Novatianus, ein *Paraeneticum* und ein Buch *de baptismo* übrig, welche Joh. Tilius zu Par. 1518. 4. Pet Galesinius zu Rom 1546. F mit andern Schriftstellern herausgegeben haben, auch stehen sie in Bibl. PP. Max. T. IV. S. 305 in J. S. von Aiguirre Concil. Hispan. zu Rom 1694. F. T. II. S. 79. das *Paraeneticum* aber ist besonders vom C. Barthen mit dem Hermas Pastor zu Zwickau 1655. 8. ediret.

III. *HIERONYMVS Catal. SS. Eccl. c. 106.* Pacianus — — castitate et eloquentia et tam vita, quam sermone clarus scripsit varia opuscula, cet.

## DIX.

# Ammonius,

### J. J. C. 390. gel.

Ammonius war ein griechischer Sprachlehrer und wird von einigen weiter hinauf in das 2te Jahrhundert gesetzet.

ſaepius notat graecus ſcholiaſtes. Audiamus Philoſtorgii, hominis Ariani, iudicium, qui hunc cum Baſilio et Apollinario conferens, ait, Apollinarii ſermonem commentationibus eſſe apriorem, Baſilii in genere panegyrico ſplendidiſſimum, τῷ δε Γρηγοριῳ και παρ' αμφοτερους εξεταζομενῳ μειζω βασιν εις συγγραφην ειχεν ὁ λογος, και ην ειπειν Απολλιναριος ανδροτερος, Βασιλειος δε σαθερωτερος: *At Gregorii cum vtroque comparati oratio ſublimiorem in ſcriptione locum obtinuit. Etenim Apollinario erat vberior in dicendo, Baſilio vero grauior.* Certe facultati oratoriae, qua maxime pollebat, nimis quam par erat, praeſertim in ſermonibus encomiaſticis, eum indulſiſſe conſtat. Vnde ſequentium ſeculorum erroribus circa inuocationem ſanctorum, viam inter primos ſtrauiſſe videtur. Quod ex eius ſcriptis nihil omnino excerpſerit Photius, merito nobis mirum videri debeat. Praeſtitit id forſan in aliqua ſuae Bibliothecae parte, quae hodie non exſtat. De ſcriptis duo praecipue ſunt lectori obſeruanda, primo pauca admodum eſſe, eaque tam erudito capite non prorſus indigna, quae nomini eius adfinguntur; deinde aut pauca, aut forte nulla, ex iis deſiderari.

*SIXTVS SENENSIS Biblioth. Sanct. lib. IV. p. 239.* Ab omnibus Graecis ob ſingularem auctoritatis ſuae excellentiam, primus poſt D Ioannem Euangeliſtam. *Theologi* ac *Magni* cognomentis illuſtratus eſt. Vir fuit tam philoſophiae, quam theologiae opibus adfluens et omnium ſui temporis ſoluta atque pedeſtri oratione eloquentiſſimus: quippe qui Polemonis, Laodiceni, Sophiſtae celebratiſſimi, ſublimem dicendi cothurnum eſſet adſecutus. Hic Baſilio Magno artiſſima fuit neceſſitudine coniunctus, et D. Hieronymum in ſcripturarum ſtudiis auditorem ac diſcipulum habuit. Obtinuit etiam in eccleſia graeca tantum auctoritatis pondus, vt, quicumque teſtimonio eius refragari auderet, ſtatim vel haereticus haberetur, vel haereſios ſuſpicione notaretur.

*OLEARIVS Biblioth. Script. Eccleſ. P. II. p. 294.* Vir fuit omnino diuinis humanisque litteris ſolidiſſime imbutus, atque, ſi vmquam apud homines talis exſiſtere debuit, effigies quaedam atque omnibus virtutibus conſtans columna, elogio Simeonis Metaphraſtae. *Vas electionis, puteum profundum,*

*dum, os Christi,* ipsum vocauit Basilius, amicus eius integerrimus. Certe, tantae excellentiae et auctoritatis, vt *Theologi* nomen κατ' εξοχην fuerit adsecutus, de quo, vt de Pythagora discipuli dixerunt: Αυτος εφα, et is a recta fide alienus diceretur, qui contra Gregorium loqui auderet de recta fide. Inter Orientis ab Arianismo, post Valentis Ariani obitum, reformatores, praecipuus, Hieronymi in sacris magister vndiquaque venerabilis.

## DXIII.

# Pacatus,

## I. I. C. 393. gel.

Latinus Pacatus Drepanius von Agen in Guienne, einer von den bekannten lateinischen Lobrednern und grosser Dichter, auch vertrauter Freund des Ausons, wurde von dem Gallien nach Rom geschickt, dem Kayser Theodos zu seinem Siege Glück zu wünschen. Er wurde Proconsul und hernach Aufseher über die kayserlichen Kammergüter.

II. Man hat einen Panegyricum auf den Theodosius, den Grossen, von ihm, welcher mit den übrigen Panegyricis veteribus, wie oben gesagt worden, besonders aber mit Fr. Balduins Scholien zu Par. ohne Jahrzal 4. mit Schefers Commentar. zu Stockholm 1651. 8. und von Joh. Arntzen mit verschiedenen Noten zu Amsterd. 1753. 4. edi ret ist.

III. *CELLARIVS Cur. post. Proleg. p.* 37. Panegyristae inprimis ingenium ostentarunt, praeter anonymos, Mamertinus, Nazarius, Eumenius et tempore Theodosii *Latinus Pacatus*, cuius sermonem Barthius *ad Claudian. p.* 555. *Plinio non inferiorem*, et Panegyricum eius *orationem omnium huius aeui scriptorum numerosissimam, cultissimam, eloquentissimam, ingeniosissimam* vocat.

*HARLES Intr. in hist. ling lat. C. §. 55. n. 5. p. 147.* Pro ea temporis ratione satis politus est et eloquens, nec in laudationibus principum, vt ii, qui ante eum in eadem materia versati sunt, nimium liberalis ac prodigus.

## DXIV.

# Macarius,

### J. J. C. 391. gest.

Macarius, der ältere, ein Egyptier, aus der Landschaft Thebais, des Antonius Schüler, war ein Presbyter, und lebte auf 60. Jahr im Mönchsstande und in der Einöde zu Scithi. Er wiedmete sich gleich von Jugend auf der strengsten und tugendhaftesten Lebensart.

II. Er hat *Homilias spirituales* geschrieben, die griechisch und lateinisch zu Paris 1559. 8. zu Frankf. 1594. 8. und vom Joh. Georg Pritius mit einigen andern Sachen des Macarius zu Leipz. 1698. und 1699. 8. und beyde letzten mit einem neuen Titelblatte das. 1714. deutsch aber vom Gottfr. Arnold zu Goslar 1702. ediret sind.

III. *CAVE Hist. litt. P. I. Sec. IV. p. 162.* Moribus erat reuerendus pariter, ac seuerus erga illos, qui ipsum adibant. Miraculis et prophetia clarus, tot sanauit aegros, tot obsessos a daemonibus liberauit, vt, teste Socrate, miracula ab eo patrata peculiare opus exigerent.

## DXV.

# Apollinaris,

### J. J. C. 390. gel.

Apollinarius oder Apollinaris von Alexandrien, war ein Grammatiker und Dichter und lehrte die Sprachkunst

kunst zu Beryt und Laodicea und wurde Presbyter am letztern Orte. Sein Sohn gleiches Namens von Laodicea war auch ein guter Philosoph, Dichter und Redner, lehrte die Redekunst zu Laodicea und wurde zuletzt aus einem Lector ein Bischof daselbst. Weil beyde nicht unterliessen dem **Epiphanius**, einem heydnischen Sophisten, öffentlich mit Gehör zu geben, wenn er seine heydnische Gedichte vorlaß, ob sie wohl von dem Bischofe, dem **Theodotus**, davon abgemahnet wurden, wurden sie auf eine gewisse Zeit aus der Gemeine gestossen, er nahm sie aber auch auf geschehene Bereuung und Busse wieder auf. Und weil zu ihrer Zeit der Kayser Julian verbot, daß kein Christ ein heydnisches Buch mehr lesen solte, übersetzten sie, Mosen und andere biblische Bücher, nach des **Homers**, **Menanders**, **Euripides** und **Plato** Art, iener in Prosa und dieser in Verse, damit doch den Christen diese Schreibart bekannt bleiben möchte. Sie vertheidigten die christliche Lehre wieder die heydnischen Angriffe. Der Sohn verfiel hernach in Irrthümer, welche auf den Kirchenversammlungen zu Rom, Antiochien und Constantinopel verdammt wurden.

11. Unter des Apollinarius Namen ist noch eine *Metaphrasis Psalmorum* vorhanden, so besonders zu Paris 1580. 1613. F. griechisch, griechisch und lateinisch aber vom Commelin zu Heidelberg 1596. und in Bibl. PP. zu Par. 1654. T. XIV. S. 162. ediret. Allein es ist auch sehr zweifelhaft, ob diese Schrift vom Vater oder Sohne herrühre.

111. *OLEARIVS Biblioth. Scriptor. Eccles. P. I. p. 71.* Eius carmina ad imitationem Graecorum poetarum conscripta, veteres Christiani aliquando in scholis, loco Homeri, praelegerunt, non quidem, quod Apollinarium Homero praeferrent;

rent; sed quod per edictum Iuliani Apostatae, Christianis Homerum et Hesiodum in scholis docere, non liceret

*CAVE Hist. litt. Sec. I. p. 142.* Breui tempore, inquit Sozomenus, lucubrationes composuit et numero et praestantia aequales iis, quae apud Graecos eo genere praestantes exstitere, seu genium, seu dictionem, seu formam, seu dispositionem operis spectes.

## DXVI.

# Phädadius,

J. J. C. 392. gel.

Phädadius, oder wie er auch von andern genennet wird, Phitadius Söbadius, ingleichen Phägadius oder Fägadus, Bischof zu Agen in Aquitaine, widerstand den Arianern beständig, und lebte noch 392.

11. Von ihm ist noch ein Buch *contra Arianos*, welches mit Athanasius Gesprächen de S. Trinitate Heinr. Stephan 1570. 8. Pet. Pithöus inter vet. Galliae theologor. scripta zu Par. 1586. 4. und Casp. Barth mit Noten zu Frankf. 1623. 8. ediret haben.

111. *BARTHIVS* nennet solches Buch *ad Mamert. p. 310. Libellum aureolum*, und Aubertus Miräus *ad Hieron. Catal cap. 108.* schreibet: *quod in eo Sirmiensem formulam per singula capita discutiat, et firmissimis rationibus confutet.*

## DXVII.

# Gregorius,

## Nyssenus,

J. J. C. 394. gel.

Gregorius aus Pontus, des Basilius des Grossen, zweyter Bruder, legte sich anfänglich bloß

bloß auf die Philosophie und Redekunst, kehrete aber hernach um, und ergriff die Theologie, worinnen er es in weniger Zeit so weit brachte, daß er Bischof zu Nyssa, einer Stadt in Cappadocien, wurde. Weil er aber das nicänische Glaubensbekänntniß allzuheftig verfochte, brachten es die Arianer so weit, daß er ins Exilium gehen muste. Allein nachdem er solchergestalt fast auf acht Jahr in der Irre herum gegangen war, und von seinen Gegnern viel erlitten hatte, gelangete er endlich durch den Gratian wieder zu seinem Amte, und starb ungefehr ums Jahr 394.

II. Er hat geschrieben *Hexaëmeron s. de Opere sex Dierum; de Hominis Opificio; de vita Mosis;* über unterschiedene Bücher der heil. Schrift; *contra Apollinarem; contra Fatum; de Anima*, und viele andere Sachen mehr, welche griechisch und lateinisch vom Morell zu Par. 1615. F. und ein Anhang vom Jak. Gretser das. 1618. F. und in Gretsers Werken zu Regensb. 1740. F. mit Ducäus Noten zu Par. 1638. Vol. III. F. ediret sind.

III. *CAVE Hist. litt. P. I. Sec. IV. p. 154.* Vir erat, qui egregia morum sanctitate, ac omnigena eruditionis laude inter primos facile enituit, eloquentia adhuc et dicendi vbertate nullo secundus. Erat enim, censente Photio, *την μεν φρασιν εστις αλλος ρητορων, λαμπρος, και ηδονης ωσιν αποπλεως — — πλεοναζει δε τοις ενθυμημασι και ταις παραδειγμασι. Stilus illi, si cui rhetorum illustris, et iucunditatem auribus instillans: — — abundat etiam enthymematis atque exemplis.*

*LVD. ELIAS du PIN Nou. Biblioth. Auct. Eccles. Tom. II. p. 682. 683. secundum Blountum p. 253.* Quamuis S. Gregorius Nyssenus rhetoricam publice professus sit, et Photius adseueret, stilum eius sublimem et iucundum esse; dici tamen potest, eum a S. Gregorii Nazianzeni eloquentia longe abesse. Adfectata est eius scriptio, eiusque stilus minime natiuus. Declamatorum potius, quam oratorum more loqui-

loquitur. Allegoriis, aut abstractis ratiocinationibus semper immersus est. Philosophiam theologiae commiscet, philosophorumque principiis vtitur, tum in mysteriorum explicatione, tum in moralibus suis sermonibus. Quapropter eius opera tractatibus Aristotelis et Platonis, quam aliorum christianorum similiora sunt. Origenem in allegoria secutus et imitatus est. Immo aliqui eiusdem auctoris errores in eius operibus occurrunt circa naturam animarum et circa terminationem poenae damnatorum. Sed illos aliis locis diserte reiicit et refellit. Valde igitur verisimile est, locos, in quibus Origeniani errores illi leguntur, additos fuisse.

## DXVIII.

# Amphilochius,

### J. J. C. 395. gest.

Amphilochius, ein Cappadocier, erwälte nach seines Vaters Tode das Mönchsleben, leistete dem Basilius und Gregorius Nazianzenus in der Einsamkeit Gesellschaft, und wurde endlich zu Iconien in Lycaonien, Bischof. Er wiedersetzte sich den Arianern heftig, wohnete verschiedenen Kirchenversammlungen und unter andern zu Side und Constantinopel bey und starb ums Jahr 395.

11. Er hat unterschiedliche Reden, iambische Gedichte u. d. g. m. geschrieben, so grösstentheils mit des Combefis Noten griechisch und lateinisch zu Paris 1644. F. ediret sind.

111. *CAVE Hist. litt. P. I. Sec. IV. p. 159.* Vir erat et seculari eruditione, et S. Scripturarum scientia in primis eximius, adeo, vt eum gentilibus suis, Basilio et Gregorio, conferre non dubitet Hieronymus. Scripsit plura. Verum, an ea, quae nunc exstant, sint genuina, haut satis liquet, de

de quibus eo difficilius est, certi aliquid pronunciare, quod nulla indubitatae fidei scripta superstnt, ex quibus de aliis iudicare liceat.

## DXIX.

# Ausonius,

## J. J. C. 394. gest.

Decimus Magnus Ausonius, des Julius Ausonius, Leibarzts beym Kayser Valentin, und der Aemilia Aeonia Sohn, von Bourdeaux in Guienne, hatte den Macrinus, Tiberius Victor Minervius und seiner Mutter Bruder, den Aemilius Magnus Arborius, zu Lehrern und wurde, nachdem er eine Zeitlang vor Gerichte, als Advokat, gedienet hatte, nachher selbst Lehrer der Grammatik und Rhetorik zu Bourdeaux, erwarb sich auch vielen Ruhm und Beyfall. Als er diese Stelle 30. Jahr versehen hatte, berief ihn der Kayser Valentinian II. zum Lehrer seines Sohnes, des Gratians, nach Trier. Er begleitete die kayserlichen Prinzen im Kriege und lag mitten unter den Waffen den Studien ob. Valentinian belohnte ihn mit der Würde eines Comes und Quästors, und Gratian mit der Stadthalterschaft über Italien, Afrika und Gallien, und endlich 379. mit dem Consulat. Er begab sich nach des Gratians Tode in die gelehrte Ruhe auf seine Landgüter und ist sehr alt geworden, auch aller Vermuthung nach als ein Christ gestorben.

II. Er hat *Epigrammata, Ephemerin, Parentalia, Commemorationem Professorum Burdigalensium, Epitaphia heroum, Monostricha*

*nosticha de XII. Caesaribus, Idyllia XX. librum epistol. XXV. orationem paneg. in Gratianum* u. a. Sachen mehr geschrieben, welche zusammen zu Mayland 1490. zu Venet. 1496. das. 1501. 4. zu Paris 1517. 4. vom Aldus 1517. 8. vom Gryphius zu Lyon 1540. 8. 1549. 8. vom Pulmann zu Antwerp. 1567. 16 mit Elias Vinets Commentar zu Bourdeaux 1580. 4. 1590. 4. 1604. 4. mit Scaligers Lectionibus Ausonianis vom Commelin 1588. 8. und cum Notis Variorum vom Jak. Tollius zu Amst. und Leyden 1671. 8. vom Joh. Bapt. Souchay in Vsum Delphini zu Paris 1730. 4. ans Licht getreten sind.

111. *IVL. CAES. SCALIGER Poet. lib. 6. c. 5.* Ausonii ingenium magnum, acutum, stilus duriusculus. Multa scripsit, non solum varia, sed etiam varie. Quare, quid facere potuerit, non quid fecerit, potius iudicandum. Vtinam epigrammata ne scripsisset! Nam et inculta sunt pene omnia, et omnia dura. Quaedam etiam inepta, aut frigida, aut friuola, vt e graecis satis habuit, quae exprimeret. Nonnulla vero adeo foeda atque detestanda, vt neque scriptore neque auditore digna, non in spongiam incumbere merita sint, sed solis flammis expiari posse videantur. Sane sibi multum placuisse constat ex incuria scriptionum futurorum seculorum securum, cum sibi videretur sui esse princeps. Eum vero piguisse castigationis videmus in ipsius iambis, quos quum puriores inchoasset, lutulentos fluere permisit.

*VAVASSOR de Epigrammate c. 15.* Martialem Ausonius renouare visus est ac referre scribendis Epigrammatis, longe interuallo, vt temporis, ita dignitatis ac praestantiae. Huic ego Poetae faueo libenter, cum homini Gallo, tum doctrina singulari, et summa ingenii suauitate praedito. Sed minus ei tempus profecto, quo vixit fauet. Quo quidem tempore infici iamdudum coeperat Latinus sermo, verbis et parum latinis, et parum latine iunctis. Poetica facta durior multa, quam olim.

*BORRICHIVS de Poetis lat. Diss. II. §. 55. p. 73.* D. Magnus Ausonius, Burdigalensis, imperatoris, Gratiani praeceptor eiusque beneficio consul tandem Romanus, paullo ante initium seculi V. obiit, religione ethnicus, eoque a Paulino amico, sed christianis sacris dedito identidem obiurgatus,

gatus, varia ſcripſit, quae in luce publica verſantur, omnia multa, ſelecta, ingenioſa, ſed a faecibus temporum, quibus viuebat, non ſemper libera. Ad eum quoque referuntur a doctis illa, quae Dionyſii nomen praeferunt, diſticha; ſed, quia Vindicianus in *Epiſt. ad Imperat.* Valentinianum, huius Catonis meminit, álium eum eſſe ab Auſonio credibile eſt. Viuacitatem ingenii eius, vt ex aliis deprehendunt eruditi, ita praecipue ex Centone illus nuptiali, quo Maronis caſtitatem in ruborem dedit, atque vtinam non lectorum hodieque tentet pudicitiam.

## DXX.

# Falconia,

## J. J. C. 394. gel.

Proba Falconia, oder, wie ſie auch ſonſt genennet wird, Valeria Falkonia Proba, wird von einigen vor eine Römerin von vornehmen Geſchlechte, des Anicius Probus, ſo Präfectus Prätorio geweſen iſt, Gemalin, und des Olybrius, Probinus, Probus und Julians Mutter, gehalten. Man erzälet von ihr, daß ſie zwar anfänglich in beglückten Umſtänden gelebet, als aber die Stadt Rom von dem Alaricus 410. eingenommen wurde, ſich mit ihrer Tochter und Enkelin nach Afrika begeben habe, faſt alles des Ihrigen beraubet worden ſey und, was ſie noch übrig gehabt, bey ihrem Tode der Kirche vermacht habe. Jedoch machen einige dieſe Falkonie nicht ohne Grund zu einer ganz andern Perſon, nemlich zu des Adelphius, eines Proconſuls Gemalin, welche aus Harta im Kirchenſtaat gebürtig geweſen iſt und ungefehr um obige Zeit gelebet hat.

II. Sie hat noch vor dem Tode ihres Mannes den *Centonem Virgilianum de rebus diuinis* geschrieben, so ohne Ort und Jahrzal F. mit dem Auson zu Vened. 1472. F. mit dem Sedulius ꝛc. das. 1512. 4. zu Paris 1578. 12. zu Helmstädt 1597. 4. zu Cöln 1661. 8. mit J. H. Kromayers Noten zu Halle 1719. 8. u. a. w. ediret ist.

III. *CAVE Hist. litter. P. I. Sec. IV. p. 161.* Ipsa vero Proba (Anicii vxor) non minus virtute, quam generis nobilitate illustris, miras ab Hieronymo, Augustino, Chrysostomo, Prudentio, Claudiano, et Cassiodoro laudes meruit. Ceteris missis omnium instar sit Hieronymus, qui Epist. VIII. laudes eius sic depraedicat. *Proba illa omnium dignitatum et cunctae nobilitatis in orbe Romano nomen illustrius, cuius sanctitas et in uniuersos effusa bonitas etiam apud barbaros venerabilis fuit.*

*GYRALDVS Hist. Poetar. Dial. V. p. 290.* Cento eius miro artificio est concinnatus.

## DXXI.

# Arsenius,

## J. J. C. 394. gel.

Arsenius, ein angesehener und in der griechischen so wohl, als lateinischen Litteratur erfahrner Mann, unterrichtete des Kayfers Theodosius beyde Prinzen, erwälte hernach für den Hof das Mönchsleben und starb endlich in einem 95jährigen Alter.

II. Er schrieb *doctrinam et adhortationem ad monachos*, welches Werk Combefis in auct. nouiss. zu Par. 1672. T. I. S. 353. griechisch und lateinisch, ferner apophtegmata XLIV. die Cotzler in Monum. T. I. S. 353. ebenfalls in beyden Sprachen ediret hat, das erstere aber stehet lat. in B. PP. max. T. XXVII. S. 180.

III.

III. *CAVE H. L. SS. Eccl. T. I. p. 278.* Arſenius, patricius Romanus — graecis latinisque literis eruditus — — Breue quidem opuſculum (*eius doctrina et adhortatio ad Monachos*) ſed ſpiritu vere monaſtico et ſpirituali plenum.

## DXXII.

# Libanius,

### J. J. C. 395. gel.

Libanius, ein ſehr berühmter Sophiſt von Antiochien, von gutem Herkommen, hörete zu Athen den Diophantus, beſuchte auch Nicomedien und Conſtantinopel der Studien wegen und richtete am letzten Orte ſeine Schule auf, bekam auch daſelbſt vielen Beyfall und zugleich an den Sophiſten Bemarchius einen eiferſüchtigen Gegner, welcher ihn der Zauberey beſchuldigete. Er muſte ſich alſo von Conſtantinopel und auch nachher von Nicomedien wegmachen. Er begab ſich daher wieder in ſein Vaterland, und trieb daſelbſt die Redekunſt. Er lebte nach der Zeit bald zu Conſtantinopel, bald zu Nicomedien, und hatte ſich bey dem Julian, deſſen Lehrer er war, ſo feſt geſetzet, daß er ihm auch die Präfecturam Prätorio antrug, die er aber nicht annehmen wolte. Er lebte ſonſt bis an die Regierung des Arcadius und blieb ein beſtändiger Feind der Chriſten.

II. Von ſeinen Schriften ſind noch viele Briefe; Reden; Deklamationen; Abhandlungen u. dergl. vorhanden, welche Federich Morell zuſammen in II. Tomen, als den erſten 1606. und den andern 1627. zu Paris griechiſch und lateiniſch in Fol. ediret hat, und ſonſt auch vielfältig einzeln gedruckt ſind, als ſeine Reden und dergl. mit Jak.

Gothofreds Uebersetzung und Noten zu Genf 1631. 4. 1641. 4. in Gothofreds opusculis iurid. minor. zu Leyd. 1733. F. in Fabricius B. gr. Vol. VII. S. 145. fgg. vom Anton Bongiovanni zu Vened. 1754. 4. seine argumenta orat. Demosthenis mit dem Demosthen gr. zu Ven. 1504. mit demselben und Hier. Wolfs Noten gr. und lat. zu Frankf. 1604. seine characteres gr. und lat. mit Commentarien zu Lyon 1614. 12. X. Briefe an den Basilius gr. inter epist. graecas zu Vened. 1499. XIII. Briefe mit Holstens und Lambecius Anmerkungen gr. und lat. zu Frankf. und Leipz. 1707. 8. XVIII. an den Themistius in Fabricius Bibl. gr. Tom. VIII. S. 37. ferner seine Briefe mit Joh. Christo. Wolfs Uebersetzung und Noten zu Amst. 1738. F. zu Cracau 1504. 4.

III. *EVNAPIVS in vita Libanii ex versione Iunii apud Magirum p. 514.* E vetere comoedia omnem explicandi sensa animi rationem suxit et in se traxit, totus ad illam, quasi a limine suauitatem, et aurium delitias ac lenocinia a natura factus. Eruditionem, magnam et multiplicem lectionem in orationibus eius inuenias, et dictiones, quae illecebras meras et suauia spirant; *Et post*: Nouus ille aliquas et ob antiquitatem ignoratas voces inuentas, ceu donaria quaepiam prisci seculi detracta, in medium profert, et a puluere detersa concinnat accurateque exornat: etc. dignitatem Palatio Praefecti noluit accipere, dictitans sophistam illo maiorem esse.

*PHOTIVS Biblioth. Cod. 90. ex versione Latina apud Blountum p. 734.* Lecti sunt Libanii tomi duo. Is in fictis suis, quasque exercitationis tantum caussa scripsit orationibus, seipso est, quam in aliis, praestantior. Nimis enim diligens ac curiosus dum esse vult, natiuam effusamque sermonis (vt ita dixerim) gratiam ac venustatem in illis aliis corrupit, atque in obscuritatem delapsus est, multa quidem interpositionibus obscuriora reddendo, quaedam etiam ablatis necessariis. Regula est alioqui hoc in genere, ac norma sermonis attici. Clarum item habet in epistolis scribendis nomen.

*IO. FRICKIVS Polyhist. Morhof. Tom. I. lib. 6. c. 2. §. 19.* Si quis illum ex discipulis iudicet, Basilio atque Chrysosto-

ſoſtomo, nae is magnum oratorem illum putabit. Et tamen orationes Libanii, quarum magna ſatis copia hodieque ſupereſt, plane non eas eſſe, quas a tanto ingenio magiſtroque dicendi aliquis exſpectet; ſed aſperas, ſalebroſo dicendi genere multaque obſcuritate implicitas, omnes vno ore fatentur. Eunapius adeo abiecte de illis ſentit, vt dictionem plane mortuam iudicet, ſucco et ſanguine, omniquè adeo vita, deſtituam, et cui vulgaria quoque deſint, quae alias vix pueris ignorantur. Cauſſam inde arceſſit, quod deſtitutus magiſtro Libanius ſuo vnius ductu omnia perfecerit. Verum hic nimis ſeuère iudicaſſe Eunapium, Libanio non vsque adeo aequum, dubitari non poteſt. Sit enim in orationibus ille ſalebroſus, ſit obſcurus; non tamen adeo elumbis eſt, nec pueriliter ignarus. Et qui poſſet, qui in epiſtolis, ne ipſo quidem id Eunapio diffitente, mire comtus antiquisque ſua puritate et elegantia, inſperſo idemtidem ſale comico, comparandus eſt? Quanto rectius igitur de illo Photius cenſet, nulla alia re ſibi magis obfuiſſe Libanium, innatasque ſuae dictioni gratias, et quae vel in ipſa ſe feſtinatione ſponte obgerebant, venuſtates corrupiſſe, vt in obſcuritatem degenerarent, quam nimia diligentia, et praepoſtera rerum, quae rectius negligi debebant, cura, quum de cetero vere canon et regula ſermonis attici ſit. Obſeruat praeterea, longe illum ſeipſum praeſtare in gymnaſticis declamationibus de obiecto ficto ſcriptis, quam in orationibus argumenti veri, quod ibi ſcilicet ſuperſtitioſas inanesque curas omiſerit, quarum in his nimia copia. Audiamus ipſum: Ουτος δε, *inquit Cod.* 90 εν τοις πλασματικοις αυτε και γυμνασικοις λογοις μαλλον εσιν, η εν τοις αλλοις, αυτος εαυτε χρησιμωτερος. Τη γαρ παλλη περι τες αλλες φιλοπονιᾳ τε και περιεργιᾳ την τε εμφυτον τε λογε, και αυτοσχεδιον, ως αν τις ειποι, χαριν ελυμηνατο, και τερψιν, και εις το ασαφεςερον περιετρεψε· πολλα μεν επισκοτιξων παρενθηκαις, ενια δε αφαιρεσει και τε αναγκαιε. Τα δ' αλλα εν τετοις κανων εσι και σαθμη λογε Αττικε, εσι δε δοκιμος και ταις επιςολαις. Nihil poterat mehercule magis ſanum dici. Eruditionem Libanii, quae in orationibus ſe oſtendat, ipſe etiam extollit Eunapius, et inprimis laudat veneres ſtili, comicasque vrbanitates et lenocinia, quae το κατα θυραν τερπνον και γοητευον την ακοην vocat, *gratam ſenſibus ſuauitatem, atque aurium quandam veluti incantationem,*

(non illam a limine ſuauitatem, vti nullo ſenſu Hadr. Iunius transfert,) et cui velut praecipuo eruditionis capiti Libanium inſudaſſe perhibet.

## DXXIII.

# Heliodorus,

## J. J. C. 395. gel.

Heliodorus, des Theodoſius Sohn, von Emeſſa in Phönicien, war Biſchof zu Tricca in Theſſalien, lies aber ſolche Würde fahren, ehe er, nach Verlangen des Synods, ſeinen Roman, Aethiopica genannt, verbrennen wolte.

II. Es handelt ſolcher in X. Büchern *de Amoribus Theagenis et Charicleae* und iſt griechiſch zu Baſel 1534. 4. vom Joh. Burdelot mit Anmerkungen zu Par. 1619. 8. griechiſch und lateiniſch aber vom Commelin 1595. 8. ingl. zu Leyden 1611. ediret.

III. *CAVSSINVS de Eloquent. ſacra et humana lib. III. cap. 14.* Heliodorus, ερωτικων ſcriptor, habet ſummam ſine adfectione ſimplicitatem atque iucunditatem, magnam in narrationibus ſuauitatem, periodos contortulas, et elegantes. Ad ſummum, totus eſt in eo genere melleus; ſed quid iuuat Theagenis et Charicleae amores legere, in rerum vero caeleſtium amore frigeſcere? Satis conſtat, hunc librum grauiſſimo conſilio diſplicuiſſe. Auctorem, epiſcopum fuiſſe aiunt, ideo a patribus orthodoxis dignitate priuatum. Hóc tamen Photius non adſeuerat; ſed dubitanter dicit, τουτον δε και επισκοπης τυχειν αξιωματος Φασιν.

*DEMPSTERVS citante Magiro p. 426.* Diſertiſſimus et caſtiſſimus amorum ſcriptor, ſuauis, in perſequenda narratione ſupra modum artificioſus.

## DXXIV.

## DXXIV.

# Claudianus,

## J. J. C. 395. gel.

Claudius Claudianus von Canopum oder Alexandrien, oder doch wenigstens ein Egypter, suchte sich gleich in seiner Jugend in allen Arten der Wissenschaften und besonders in der Dichtkunst hervorzuthun, und da er vornehmlich die Satire liebte, auch den Quästor und den Präfectus Prätorio, Hadrian, angriff, zog er sich ihren Haß zu. Im Kriege erwarb er sich nicht weniger Ehre. Er war Tribunus und Notar am kayserlichen Hofe und in so grossem Ansehen, daß durch ihn die Stadt Rom ihren Glückwunsch bey dem Kayser Honorius wegen des dritten Consulats abstatten und ihm noch bey seinen Lebzeiten eine Statue mit folgender Inschrift aufrichten lies:

CL. CLAVDIANO V. C.

CL. CLAVDIANO V. C. TRIBVNO ET NOTARIO
INTER CETERAS INGENTES VIRTVTES PRAEGLO
RIOSISSIMO POETARVM LICET AD MEMORIAM SEM
PITERNAM CARMINA AB EODEM SCRIPTA SVFFICIANT
ATTAMEN TESTIMONII GRATIA OB IVDICII SVI
FIDEM DD. NN. ARCADIVS ET HONORIVS FELICISS.
ET DOCTISS. IMPP. SENATV PETENTE STATVAM
IN FORO DIVI TRAIANI ERIGI COLLOCARIQVE
IVSSERVNT

ΕΙΝ ΕΝΙ ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ ΝΟΟΝ ΚΑΙ ΜΟΥΣΑΝ ΟΜΗΡΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΓΩΜΗ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΕΘΕΣΑΝ

Ob er ein Christ, oder Heyde gewesen sey, wird noch gezweifelt, doch scheinet letzteres am wahrscheinlichsten zu seyn.

II. Er hat unterschiedene Lobgedichte, ingleichen *de Raptu Proserpinae; in Eutropium;* und *in Rufinum epigrammata*, u. a. S. m. geschrieben, so zusammen zu Vicenz 1482. und 1498. F. zu Parma 1493. 4. mit Joh Camertis Comm. zu Wien 1510. vom Aldus 1523. 8. zu Paris 1530. zu Florenz 1549. zu Lyon 1551. 1548. 12. vom Pulmann mit Delrions Noten zu Antwerpen beym Plantin 1572. 1585. 12. mit Steph. Clavers, Parrhasius und Delrions Noten, ingleichen Joh. Tornorupäus Commentar ad Consul. III. et IV. Honorii zu Paris 1602. 4. mit Barths Anmerkungen zu Hanau 1612. 8. mit Nic. Heinsius Noten zu Leyden 1641. 12. mit Barths Commentar zu Frankf. 1650. 4. mit Nic. Heinsius und andern Noten vom Schrevel zu Amsterd. 1659. 1665. 8. in Vsum Delphini vom Wilhelm Pyrrho zu Paris 1677. 4. vom Joh. Matth. Gesner mit Varianten und Noten zu Leipz. 1759. 8. und vom Pet. Burmannen, dem Andern, zu Amsterd. 1760. 4. ediret sind.

III. *IO. LVD. VIVES Comment. ad Augustin. de Ciuit. DEI c.* 25. Ad carmen natus fuit, quod elegantissime scripsit, poetico vir ingenio, at ad superstitionem propensior, tametsi de Christo exstat carmen eius nomine inscriptum, quod credo ab eo in Honorii gratiam compositum, vt fuit adsentator maximus.

*IVL. CAES. SCALIGER, Poet. Lib. VI. c. 5.* Maximus poeta Claudianus solo argumento ignobiliore oppressus addidit de ingenio, quantum deesset materiae. Felix in eo calor, cultus non inuisus, temperatum iudicium, dictio candida, numeri non adfectati, acute dicta multa sine ambitione.

*GYRALDVS de Poet. Hist. Dial. IV. p. 260.* Nec equidem puer ego vmquam Claudiani versus contemsi: sed quum minime numeros et lineamenta variet, idemque sit vbi-

vbique, ab aliquibus eo nomine in ordinem redigitur. At si cui forte illius numeri satis placent, placeant, eius certe haec-cesscit inuentio. Nam quum primo animi impetu, vt videmus, pulchre materiam apparet, et animosius feratur, mox tamquam ventus hominem deficit, nec principiis satis postrema respondent. Omnino tamen, vt Piso dicebat, est poeta canorus, volubilis, et valde dulcis: sed certe parum idoneus dignusque, vt tantopere illum imitari studeatis. Sunt quidem in eo, si cum delectu decerpantur, flores, qui, mirum dictu est, quam vobis prodesse possint.

*FVNCCIVS de veg. l. l. sen. c. III. §. 73. p. 253.* Fuit certe pro temporis illius ratione praestantissimus vates, vel etiam aliquando ad inuidiam vsque aliorum aeui sui superauit indolem, atque veteres accuratius paullo imitari studuit. Sed tamen cum Virgilio, Horatio, Ouidio, optimis seculi longe omnium feliciſſimi scriptoribus, componi nulla ratione potest.

## DXXV.

# Eunomius,

## J. J. C. 394. gest.

Eunomius, ein Cappadocier von Dacora, des Arianers Aetius Schüler, Notar und Nachfolger, auch eifriger Verteidiger seiner Irrthümer, war seinem Lehrer an Scharfsinn und Kühnheit weit überlegen. Er wurde zwar Bischof zu Cyzicum, wurde aber auch wieder veriaget, wegen Meuterey vom Theodosius nach Mösien verwiesen, von den Barbaren wieder aufgetrieben, und nach Cäsarien in Cappadocien gebracht, da er denn endlich bey Dacora, wo er gebohren war, auf dem Lande in ziemlich hohem Alter starb.

II. Von ihm ist noch Εκθεσις της πιστεως übrig, welche Heinr. Valesius mit dem Socrates und Heinr. Canisius Lect. Antiqu. T. I. S. 172. ediret, ingleichen ein *Apologeticus, in quo aduersus SS. Trinitatis dogma, praecipue aeternam et consubstantialem Domini nostri deitatem argute disputat* vafer haeresiarcha, wie Cave davon schreibet, so Fabricius Bibl. Graec. Vol. VIII. S. 262. 305. griechisch und lateinisch ediret hat, indessen gab auch den Prologus und Epilogus davon besagter Cave S. 139. folg. mit des Eunomius Confessione fidei heraus.

III. *CAVE Hist. litt. P. I. Sec. IV. pag. 138.* Summis eum laudibus euehit Philostorgius, ipse secta Eunomianus, cuius integra paene historia ecclesiastica haud aliud, quam Eunomii encomium censeri debet. Eius tamen dicendi genus a panegyrica venustate alienum fuisse, obscurum, superfluum, tumidum, et ad ingratum, ac ridiculum, et confusum characterem referendum esse, notat Philostorgii abbreuiator Photius *Cod. 138.* Photio concinit Socrates *L. IV. c. 7.* qui Eunomium obseruat fuisse πολυχχν την λεξιν, eademque verba adsidue repetiisse; item τροπον σοφιστικον ab Aetio acceptum in eo notat, quodque inanibus quibusdam voculis nimium deditus, fallaces argumentationes imprudens contexuit, quum reuera S. Scripturarum parum omnino peritus fuerit, nec earum intelligentiam adsequi potuerit.

## DXXVI.

# Didymus,

### J. J. C. 396. gest.

Didymus, ein Alexandriner und Vorsteher der Catechetenschule zu Alexandrien, verlohr, noch als ein Knabe von vier Jahren, durch eine Krankheit sein Gesichte, erlernete aber dennoch die Grammatik, Rhetorik, Dialectik, Arithmetik, Geometrie, Musik u. a.

Wis-

Wissenschaften, und brachte es darinnen, wie auch in Känntniß der h. Schrift zu einer nicht geringen Vollkommenheit, führte auch dabey einen unsträflichen Lebenswandel und zeigte sich besonders in den Streitigkeiten mit den Arianern. Er lebte noch im J. C. 392. war aber damals schon über 80. Jahr alt.

II. Von ihm sind *Liber de Spiritu Sancto*; *Breues Enarrationes in Epistolas Canonicas*; *et Liber aduersus Manichaeos* vorhanden, von welchen ersteres in Hieronymus Werken T. IV. S. 530. zu Paris 1693. F. befindlich, eben dasselbe vom Joh. Fuchte zu Helmstädt 1618. 8. das zweyte in Bibl. PP. max. T. IV. S. 319. und das dritte vom Combefis gr. und lat. in Bibl. gr. PP. Th. II. S. 21. und in Canisius Lect. antiq. T. I. S. 197. ediret ist.

III. *ERNESTVS SALOMON CYPRIANVS* *ad Hier. de Scriptor. Eccles. cap. CIX. p. 293.* Etsi apertissime in Origenis scita concederet, in trinitate tamen catholicus fuit, teste Hieronymo, apologia aduersus Ruffinum, qua Didymum vocat *apertissimum Origenis propugnatorem.* Quumque Hieronymus praeceptorem sequeretur, vbicumque is non erraret cum Origene, factum est, vt modo laudaret, modo impugnaret Didymum. Itaque Ruffinus libro secundo Inuectiuarum in Hieronymum conqueritur, Didymum ab Hieronymo modo in caelum laudibus efferri, modo vsque ad inferna demergi. Praefatione in Didymi librum de Spiritu S. sic inquit Hieronymus: *Didymus meus oculum habens sponsae de Cantico Canticorum et illa lumina, quae in candentes segetes sublimari Iesus praecepit, procul altius intuetur: et antiquum nobis morem reddidit, vt videns vocetur prophieta. Imperitus sermone est, et non scientia, apostolicum virum ex ipso sermone exprimens.* Et in prooemio commentariorum in epistolam ad Galatas laudat Didymum, *videntem suum.* Simili laude mactatur a Socrate, Sozomeno, Theodoreto, ac omnibus, qui eius olim fecerunt mentionem.

## DXXVII.

# Symmachus,

J. J. C. 397. gel.

Q. Aurelius Symmachus von Rom, des L. Aurelius Avianus Symmachus Sohn, ein Mann von grossen Gaben und vorzüglicher Gelehrsamkeit, welcher sich vornehmlich den iüngern Plinius zum Muster der Nachahmung setzte, bekleidete zu Rom ansehnliche Ehrenstellen, und wurde Oberpriester, Quästor und Prätor, Corrector von Lucanien und der Landschaft der Bruttier, Proconsul in Afrika, wo man ihm eine Ehrensäule setzte, und Statthalter zu Rom. Er muste den Kayfern Valentinian und Gratian über ihre Siege Lobreden, wodurch er sich ihre Gnade erwarb, halten. Weil er aber einen eifrigen Verfechter der heydnischen Religion und den Christen ziemlich auffätzig war, auch auf des Senats Anrathen um die Wiederherstellung des Altars, der Siegesgöttin und anderer heydnischen Gebräuche und Freyheiten anhielt, wurde er auf einen schimpflichen Wagen gesetzet, also zur Stadt hinaus geführet, und auf 100. italiänische Meilen von solcher verwiesen. Jedoch rief ihn Theodosius wieder zurück. Er fiel aber wegen der ergriffenen Parthey des Maximus in dieses Kayfers Ungnade, und muste in eine Kirche flüchten, iedoch verzieh ihm der Kayser diesen Fehltritt. Er wird von einigen vor den Syminachus gehalten, welcher J. J. C. 391. mit dem Tit. Fabius Titius Consul gewesen ist. Zu Anfange der Regierung der Söhne des Theodosius muste er im Namen

des

des Senats viele Gesandschaften über sich nehmen. Seinen Sohn Q. Flavius Memmius Symmachus erzog er mit vieler Sorgfalt, genoß auch die Früchte seiner Bemühung, indem er ihn mit der Quästor- und Prätorwürde bekleidet zu sehen das Glück hatte.

II Von seinen Schriften sind noch X. Bücher Briefe vorhanden, welche zu Augsp. 1510. 4. zu Basel 1549. 8. mit Jurets Noten zu Paris 1580. 4. mit Jurets und Lectius zu Genf 1587. 1598. 8. zu Paris 1604. 4. mit Scioppius zu Maynz 1608. 4. mit Phil. Parens Anmerkungen und Lexico zu Neustadt an der Hardt 1617. 1628. und zu Frankf. 1642. 8. zu Leyden 1653. 12. edirt sind.

III. *IAC. LECTIVS citante Blounto p. 261.* Fuit Symmacho vera facundia, sollers ingenium et acutum, par sententiarum grauitas et venustas. Si verba respicias, breuitas grata; sin altius sensum inuestiges, prolixa et multiplex eruditio. Adde sapientiae ciuilis solidam atque abstrusam cognitionem. Adde raram sub imperatoribus sanctimoniam morum, et Romanam in iure subgerendo libertatem. Non ille rerumpublicarum moderatoribus, aut iure consultis, in primis magnorum principum consiliariis, aut secretariis, tractandus leui manu.

